

2365

## A S C E T I C I.

2366

Sub rubrica: *De signis auaricie: f. 42. p. 2.*

*Vnica persona similis cupit esse tonanti  
Tres personatus appropriando sibi.  
Massilie cantor narbone preposituram  
Impetrat inde cupit esse decanus aquis &c.*

Sub rubrica: *De tarda confessione. f. 64. p. 2.*

*Denique sunt plures quorum Confessio tardat  
Donec paschalis uenerit alma dies.  
Ordo quidem talis preposterus esse uidetur  
Ultima cauda preit subsequiturque caput.  
Si prius abstineas post crimina confitearis  
Currus in hoc facto ducitur, anne boues? &c.*

Ex ungue leonem. Epilogus totius Poematis infit et definit:

*Vsque modo rabiem uitiorum barbariemque  
Scripsimus ut fugiat quisque fidelis ea &c. —  
Gloria lausque patri. sit nato. spirituique.  
Vnicus et trimus sit benedictus. Amen.*

Tum literis crispis:

*Hic Liber Est Scriptus Qui Scripsit Sit Benedictus. Amen.*

et Index praecipuorum Capitulorum Operis. Adiecti sunt alia manu Verficuli quidam, ut hi de Amore:

*Dicam quid sit amor. amor est insania mentis,  
Ardor inextinctus. insatiata fames.  
Dulce malum. mala dulcedo. dulcissimus error.  
Absque labore quies. absque quiete labor.*

DCXIX.

686 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 131. 4. currente calamo a diversis exaratus et olim Fratrum sancte Crucis Canonicorum Regular. Coloniae, con-

tinet: I. Verficulos illos, qui Poenitentiaris inscribi solent, extantque jam Sec. XV. imprefsi f. l. et a. 4. item cum Versione boh. et germ. Norimb. per Hier. Hölzel 1518. 4. Initium est:

D d d d 3

Peni-

*Peniteas cito peccator cum sit miserator  
Iudex. et sunt hec quinque tenenda tibi &c.*

Prior illa Editio satis cum *Codice* congruit, sed *Norimbergensis* multa omittit, nec *Commentario* gaudet, ut illa et *Codex*. Superat tamen illam etiam *Codex* longo *Prooemio*, quod tamen *Versiculis* praefixum non est, sed una cum *Commentario fol. 10.* sequitur, interjecta *Epistola*, quam mox indicabo. Incipit porro *Prooemium* istud: *Uadam ad montem mirre. Hec propositio pro themate assumpta scribitur originaliter In canticis canticorum &c.* et de *Versiculorum* Autore sub finem haec tradit: *secundum quosdam dicitur fuisse magister Johannes de garlandia, secundum alios vero quidam monachus de ordine cartusiencium uel sifterciencium &c.* Nihil de hoc Opusculo *Leyserus* in *Hist. Poet. med. aevi* p. 311. agens de *Job. de Garlandia, Garlandria, Gallandia* Anglo Sec. XI. Scriptore, *Fabricius* tamen et *Tannerus* in *Bibliothb.* Libri ejus de *Poenitentia* meminere.

II. fol. 5. p. 2. *Incipit missiva luciferi principis tenebrarum ad principes ecclesiarum.* Initium multoties recoctae crambes: *Lucifer princeps tenebrarum tristitia profundi regens acberontis imperia &c.* ut multoties. Consule *Indicem.* Ad calcem: *Explicit epistola magistri nicolai orem (Orefmii) gloriosi doctoris in sacra theologia qui distavit ista contra ambitiosos et superbos clericos presbi-*

*teros et prelatos ecclesie.* Addita est similis *Fabula* e *Libro de Bono Universali*, qui est *Thomae Cantimpratensis*, de Clerico in Synodo Episcoporum verba facere iusto et ad id a Daemone malo instituto.

III. fol. 10. *Commentarius in Poeniteas cito*, de quo jam supra dictum. Unum hic addo, in calce legi: *Et sic finitur expositio peniteas cito. per manus Heinrichi;* qui an *Commentarii* autor, an solum descriptor fit, lubens ignoro.

IV. fol. 53. *Glosa decem preceptorum.* Sine nomine Autoris. Initium: *Sapiens est qui scit dampnum suum precauere &c.* Finis: *Et qui de quolibet uellet loqui ad plenum haberet satis de quolibet VII. diebus loqui. Explicit glosa decem preceptorum cum pulchris exemplis &c.* An *Gerardi de Stredam* Carth. quem de X. *Praeceptis* scripsisse testis est *Trithemius* in *Scriptt. Eccl.* et *Germ. illustr.*

V. fol. 73. *Incipit formula nouiciorum Dauid de exteriori homine.* Videlicet *Fratri David de Augusta* O. M. cui etiam in *Bibl. PP. Lugd. T. XXV.* p. 869. tribuitur, quamvis inter *Opera Bonaventurae* edita, et a nobis etiam sub hujus nomine relata *Cod. CCLXI.* Praeit *Prologus*, cui *Librarius* in margine addidit: *Pauci habent hunc Prologum et tamen pertinet ante librum ut alias audiui*

2369

## A S C E T I C I.

2370

audiui ab vno scito fratre minori. Extat ille etiam in *Bibl. PP. l. cit.* ad *F. Bertholdum* directus, cuius nomen a *Cod.* nostro abest. Incipit: *Desiderasti a me frater karissime, ut aliquid scriberem tibi ad edificationem &c.* Opus vero ipsum: *Primo ergo semper debes considerare ad quid veneris &c.* *Fol.* 83. p. 2. succedit Pars altera: *Incipit formula nouiciorum eiusdem de interiori homine.* Initium: *In priori formula nouiciorum quam tibi nouicio scripsi &c.* Extat *Bibl. PP. suprac.* p. 881. Utamque retulimus etiam alibi.

*VI. fol.* 113. *Traктatus de horis Canonicis utilis et bonus pro clericis.* Incipit: *Septies in Die laudem dixi tibi. In psalmo. Quamuis Deus in omni tempore a nobis sit laudandus &c.* An ad *Henricum de Hassia* referendus sit, dubium movimus *Cod. DLXXX.* Ceterum jam etiam *Codd.* aliis adlatus.

*Fuerunt duo socij in habitu claustrali.  
Qui omne tempus ocij feruore spiritali  
Redimentes dulciter deo seruibant.  
Cuius iugum iugiter cum gaudio ferebant.  
De rebus spiritalibus crebro colloquuntur.  
Studijsque talibus mutuo pascuntur &c.*

Rogat igitur Junior Seniore, ut materiam supra dictam auspiceretur, quem et consentientem habet.

*Deo dante faciam que suggeris dilecte  
Tu implora gratiam que ducat me directe &c.*

Totum Colloquium IV. *Distinctionibus* transigitur, et hunc finem habet:

*Ecce*

*VII. fol.* 120. *Lectiones Libri Job,* quae in *Officio Defunctorum* recitantur, sed loco ultimae posita est *Lectio I. ad Corinth.* C. XV. v. 19. Omnibus addita *Expositio,* et *calci adiectum: Et sic finis Deo gratias finitum in octauo pasche.*

## DCXX.

*Codex membraneus lat. Sec.* 829 *XIV. Folior.* 77. 8. nitide perscriptus, rubricis distinctus et quondam *Fratrum Carthusiensium domus montis Sancti Beati prope Confluentiam* pium Opusculum dialogicum est, rhythmis inclusum, quo *Amici duo Senior et Junior,* interloquente etiam *Christo et Virgine Deipara,* hujus et *Filii* eius *Vitam* percensent, insignitum *Speculum Amoris,* cuius *Prologum* subjicio: